

Sebastian Kortholt


**Ad Magnificvm Academiae Gissensis Hoc Anno Rectorem, Matthiam Nicilavm  
Kortholtvm, Vtrivsqve Eloq. Prof. Pvbl. Fratrem Carissimvm, Syper Obity Matris  
Desideratissimae, Matronae Optimae Annae Kortholae, Natae Kirchhofiae, Viri  
Magnici Christiani Kortholti ... Ac Pro-Canellarii Vidvae ...**

Kiloni[i]: Litteris Bartholdi Revtheri, [1713]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733561765>

Druck    Freier  Zugang





enth. 32 Stücke

GZ II  
1899 / 500  
-40

AD  
**MAGNIFICVM ACADEMIAE GISSENSIS**  
HOC ANNO RECTOREM,

**MATTHIAM NICOLAVM  
KORTHOLTVM,  
VTRIVSQUE ELOQ. PROF. PVBL.  
FRATREM CARISSIMVM,  
SVPER OBITV  
MATRIS DESIDERATISSIMAE,  
MATRONAE OPTIMAE  
ANNAE KORTHOLTAE,  
NATAE KIRCHHOFIAE,  
VIRI MAGNIFICI  
CHRISTIANI KORTHOLTI,  
ACAD. QVONDAM KILON. PROFESS. THEOL. PRIMAR.**

**AC  
PRO - CANCELLARI  
VIDVAE,**

*V. CL. FEBR. CID 15CCXIII. PIE DEFVNCTAE,  
ET CL. FEBR. MONVMENTO SVO BORSHOLMensi MVLTIS CVM LACRIMIS INFERENDAE*

**EPISTOLA  
SEBASTIANI KORTHOLTI,  
PHIL. MORAL. ET POES. PROF. ORD.**

**K I L O N I ,  
LITTERIS BARTHOLDI REVTHERI, ACAD. TYPOGR.**



Empore, communi quo squalent omnia luctu,  
Et lacrimat scissis Cimbria flenda genis.  
Hanc patriis chartam, Frater, tibi mittit ab oris,  
Cui fungi officio dextera lenta negat.  
Fallor, an atratae reserantis vincula cerae  
Praesagus sortis pallor in ora venit.  
Forte tamen credis me nota reuoluere damna:  
Sed mala quem fugiunt publica? priua queror,  
Ab tibi vera nimis memorabam somnia dudum.  
Haud vanam doceor noctibus esse fidem.  
In somnis, memini, tria vidi funera, et ANNAE  
Nomina, vicinae praescia signa necis.  
Nec mora: se rerum longe dulcissima, acerbo  
Eripuit, coniux, funere, meque mibi.  
Occidit ANNA mihi LOBEDANZIA, et occidit ANNAE  
Flebilis, e GVDIA quae sata stirpe fuit.  
Hinc carae nimio neptis cita fata dolore,  
Maestaque prosequitur funere busta suo.  
Funera funeribus, lacrimae lacrimis cumulantur,  
Et poscunt elegos me noua damna nouos.  
Eloquor, an fileo? mater, carissima mater  
Vix potis est anima deficiente loqui.  
Me miserum! caput inclinans animam exhalauit;  
Illijs, et sensus obriguere mei.  
Ut vero crudum rescindi sentio vulnus,  
Tristia inexhaustas busta bibunt lacrimas.

Bis


Bis nondum lapsis bis senis mensibus anni,  
ANNAE KORTHOLTAE bina feretra lano.  
Hei quid ago maesta stupefactus imagine rerum?  
Nulla loquituro promere verba licet.  
Ingeminatque nepos auiae venerabile nomen,  
Quae matris poterat iure subire vices.  
Ingeminatque auiae nomen venerabile neptis,  
In mores auiae neptis itura suae.  
Non banc brachiolis, illumue sinu sustentat  
Amplius, aut dictis, suauiolisue fouet.  
Luminaque adspicio turgere sororia riuis;  
Quaeque audis, oculis subiicio ipse meis.  
Si nescis, oculi possunt augere dolores,  
Et visus curas amplificare solet.  
Non corpus spectas perfundi frigore leti;  
Sed nec in exsangui lumina fixa tenes.  
Nec feriunt oculos pullataque turba, feretrumque,  
Atrataeque faces, funereique lares.  
Et tamen haec tibi mors non consolabilis audit,  
Et, scio, sanari vulnera posse negas.  
Me frustra posces, quam dudum quaero, medelam:  
Ulceribus scateo pluribus ipse miser.  
Planctibus ipse miser praesentibus intercludor.  
Mitior absentis sors tua sorte mea est.  
At tua quid flores Latialis spargere Suadae  
Aonia cessat nobilis arte manus?

Non

Non totam periisse finas, monumentaque laudis  
Publica maternae te statuisse iuuet.  
Scilicet inuentu raro modo sufficit orbis,  
Qui non fucata sint pietate pares.  
Et quoniam coniux ex natis omnibus unus  
Diceris, et matrem casta marita refert;  
Ut quondam desiderio modereris ademtae;  
In natis spiret post sua fata tuis.  
Quas nemo potis est defunctas reddere vitae,  
**ANNAS KORTHOLTAS** restituisse potes.







NEQVE T  
 AB INGEN  
 AVT AB ART  
 QVIN POTIVS A  
 ET A DOLOR  
 EXIGVVM HOC MAGNI AM  
 MAESTI  
**SEBASTIANVS**  
 PHIL. MOR.  
 CVI ACER  
 OMNI AQ  
 ET IC  
 PLANE  
 EX QVO IDEM CVM  
 NON SOLVM ANNAM C  
 SED ETIAM FLENSB  
 ANNAM GVDIAM, MA  
 KILONII ET IPSAM MATR  
 ROSTOCHII  
 LINDEMANNAE SORORIS SV  
 IDEOQVE TRIBVS AN  
 QVATVOR  
 FVNERAQVE F  
 ET LACRIMIS SVIS ET  
 ABI  
 ET HOC NIMIAE FRAGILIT  
 VITAM NOSTRAI  
 ET E MOMENTO PE  
 DISCE, VEL SECUNDIS  
 QVVM CERTA MORTIS  
 PROINDE TOTA VITA  
 VT IN  
 NON TAM VI  
 QVAM M  
 CO

SSENIA  
 INDIAM,  
 IS INSIGNE;  
 DESIDERIVM,  
 T FLETVS.  
 DOLORIS MONVMNTVM  
 OSVIT  
**RTHOLTVS,**  
 EOS PROF.  
 DLORES  
 ALIA,  
 ICO  
 KERE,  
 TVM EXPERTVS,  
 SIBI VITA CARIOREM,  
 AM DEFVNCTAE,  
 CO SIBI DILECTAM,  
 M. OPTIMAM ANNAM,  
 ANNAM,  
 M VNICAM ET NVBILEM,  
 DVM CIRCVMACTIS,  
 AMISIT,  
 CVMVLATA  
 PROSEQVVTVS EST.  
 MANAE EXEMPLO DISCE,  
 VISSIMO FILO,  
 AETERNITATEM.  
 ORTVNAM VERERI,  
 HIL SIT INCERTIVS.  
 ITATIO SIT MORTIS,  
 RE  
 M MORTE,  
 M VITA

